

mata ipsorum. Est enim à divina clementia ita  
 provisum nostro bono, ut, quicquid ad vitam il-  
 luminationemque animarum nostrarum requiri-  
 tur, virorum Dei spiritu (qui ducit in omnem ve-  
 ritatem) actorum " dicteris ac sententiis, ad *τύπον* מ"ש  
 omnis sanæ cogitationis, omnis recti affectûs &  
 laudandæ actionis, comprehensum, " alibi ad in- מ"לצה  
 stitutionem, infantiû perspicuæ explicationis lu-  
 ce illustratû, " passim firmissimis certissimisq; ra- דברי  
 tionum fulcris extructum, " nonnullibi etiam ad חכמים  
 exercitium probationemq; docilis avidiq; spiritu-  
 alis escæ animi obscurioribus involutum signifi-  
 cationibus palam universis exponeretur. Id mini-  
 mè fallaci *ἄπιστος* in rem nostram & ædificationẽ  
 plurimum convertendum est. Huc scilicet omniû,  
 quamvis tenuium, studiorum meditationumque  
 nostrarum conatus perpetuo spectat atque con-  
 tendit. Quorum studiorum specimẽ hoc tempo-  
 re non sine prudentum consilio edimus, Ecclesia-  
 sten, Quod ne absq; magnifici nominis vestri præ-  
 scriptione faceremus, multæ nobis & graves cau-  
 sæ fuerunt. Primò, Vobis Patriæ rectoribus publi-  
 ci officii, quo sextum annum fungor, fidem & de-  
 bui & volui approbare: quodq; eo modo consilio,  
 que facerem, id à temeritatis accusatione immune  
 fore,

) ( ) (

fore,